



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Imago.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

non ieiunare, & alibi repeturo, licere cœnam dare vrbauitatis causa, vel hospitalitatis.

* *Nau. l. c. num. 24. vide Azor. l. 7. c. 31. q. 12.*

16 Cogere sine causa famulos ad opera non ferentia ieiunium, mortale esse, quidam non improbabiler aiunt: *Nau. l. c. nu. 17. Azor. l. c.*

17 Puer ante vsum rationis potest vesci carnibus die ieiunij; quia non est legi subiectus.

* *Coadu. casu. 60. Azor. l. c. c. 28. q. 3.*

Ignorantia, vide Lex, Pœna.

1 **I**gnorantia probabilis iuris, vel facti excusat à pœna legis humane interdum etiam cum non excusat a peccato: vt cum quis peccat, sed ignorat ob id positam à lege pœnam exigentem scientiam; tunc enim abest contemptus legis.

* *De ignorantia multa. Azor. l. 1. c. 12. 13. 14. & 15.*

* *Vide Tol. l. 1. c. 7. num. 6. Nau. c. 23. nu. 44. si sit iusta, non affectata, non crassa.*

A peccato 3 *Nau. l. c. nu. 46.*

Addit. 3 Ignorantia inuincibilis excusans à peccato excusat etiam ab excomm. *Sot. d. 22. par. 2. t. 3. c. 9.*

I M A G O.

1 **I**maginem Crucis sculperè humi in lapide sub grauissima pœna prohibetur *l. v. nica. c. Nemini liceat.* Itaque quibusdam mortale

taled videtur: sed ego nullo modo concesserim, cum ea lex non sit usu recepta.

* *Sylu. vers. Imago. num. 5.*

Addit De imaginum sacrarum cultu *Azorius* l. 9. c. 6. *mort. Instit. t. 1.*

Honor imaginis transit ad exemplar. *Basil. in 6. Syno. vide Bellar. t. 2. l. 2. c. 20. de Ecclesia triumph.*

Rectè pinguntur diademata sanctorum capitibus. *V. Bellar. l. c. cap. 10.*

Ex se vetitum est, ne Christus pingatur sub agni forma, more tamen recepto, id licet. *Syl. l. c. num. 3. c. sextum de consec. d. 3.*

IMPOSSIBILE.

1 **I**mpossibile dicitur iuridicè, quod non potest fieri iustè, aut honestè, aut commode; itaque valde difficile velut impossibile reputatur in legibus humanis, quæ ad impossibile non obligant.

* *Vide Syl. vers. Impossibile.*

Incestus, vide Luxuria.

Incorrigibilis.

1 **I**ncorrigibilis in Iure dicitur, qui vel non pareat iudicis sententiæ, vel post cõdemnationem idem crimen, aut peius facit.

* *Vide Syl. vers. Incorrigibilis.*

IN-